HIERONYMUS
um 836/859 Seite 39r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Utquomodo carnes & ossa congesta in leb & lem.
incendio concremantur. Sic cuncta ciuitas
cum suis interitura sit ciuibus & nullus rema
neat eorũ qui obsessi sunt. qui in fame. gladio.
pestilentia consumantur. & pars reliqua
captiua ducatur in babylonem. Potest haec
eadem prophetia & ad tempus pertinere
dominicae passionis. propter quam exercitu
circumdata ē hierusalem. & inter fetti filii eius.
& obsidet. Et tito filio uespasiani ad salutem
nullus euasit. templumque subito. Et post quin
quaginta annos sub adriano ciuitas aeterno
igne consumpta est. Praesentem autē capti
uitatem quando hiezechiel in babylone ista
cernebat. Et hieremias in principio ponit
uolumini sui. Quid tu uides hieremia. qui res
pondens ait. ollam succensā & faciem eius
a facie aquilonis. Sunt qui iuxta tropologiā
totū locum istum ad consūmationē mundi
transferant. nonumq; numerū qui in scrip
turis scis poenarū & dolorū est & semp sequi
tur iustitiā. decimi mensis & die decimae
clementia temperant. Idcirco enim ad hi